



JOHANNIS BANDINI DE BARTHOLOMÆIS, CLARISSIMI LEGUM INTERPRETIS SENENSIS SUORUM TEMPORUM HISTORIA.



Enensis Respub-
blica, que ab
adventu Caro-
li Quarti Ger-
manorum Imperatoris per
annos quadra-
ginta quinque
civilium, ac
externorū bel-
lorum exagita-
tata turbini-
bus fuit, cùm
à Florentinis gravi bello per decennium pre-
meretur, fessa, tandem Johannis Galeatii
Vicecomitis, Mediolanensem Ducis, quem
defensorem prius habuerat, se in potesta-
tem, honestis tamen conditionibus, tradi-
dit. At cùm per annos minus quatuor ejus
fuisse auspicis administrata, ipso denique
Papiæ vita functo, non sive suspicione dati
à Florentinis veneni, Civitatis cunctis à
Filiorum imperio, tamquam à crudeli im-
piaque Tyrannide, dehiscientibus, Anno Sal-
utis MCCCCII. Senenses de resumenda li-
bertate cogitare cœperunt. Igitur Salimbe-
nii ut ceteris Nobilibus potentiores, ita &
animo elatiores, cum Civibus æquo jure vi-
vere nequeentes, post Ducis obitum, Rei-
publicæ formam immutare constituerunt. Ita-
que XII. factione, quam pridem amicissimam

Tom. XX.

A habuerant, sibi adscitam Malevoltarum Familiam tunc temporis satis potenter, et si prius sibi inimicam, Ducus tamen rebus infensam, in intentionem suam traxere. Id Novem Virorum factionem non latuit; nam Thomas Agazzarius Eques, accersito ad se quodam Salimbenium familiari, ac in secretum locum perducto, rem omnem, prout erat, patescere coëgit.

B Quamobrem rebus suis pertinefcentes (ve-
tus enim odium illis cum Duodecim Vi-
orum factione intercedebat) cum Reformato-
rum primoribus clam consentiunt, ac Duci-
s Vicarium, cui aut mortis, aut expulsio-
nis periculum imminebat, sibi adjungunt. Si-
multatibus ac suspicionibus his taliter per an-
num existentibus, contentioñis occasio exor-
ta est ex conventionibus quibusdam cum Flo-
rentinis in belli fine transactis. Qua de re
Salimbenii cum suis Ladislauum Neapolitanorum
Regem in Erruriam contra illos evoca-
re conabantur; aliis verò contra nitentibus,
ad tumultus tandem & arma perventum est.
Itaque Franciscus, & Petruccius Salimbenii
fratres arma capiunt, factoque suorum ag-
mine, in Fori Campum contendunt. Sed
cùm à Ptolemæis armatis transire prohibe-
rentur, per Lanificum viam descendentes,
tamdem pervenerunt. At Ducus Vicarius,
& Populi Capitaneus obviam prodeentes,
vitamque Duci, & Populo acclamantes, illos

B prope